



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni  
Bredenbachij S. Th. D.||**

**Bredenbach, Tilmann**

**Coloniae Agrippinae, 1592**

**VD16 B 7378**

18. De imaginibus Christi Crucifixi, & D. Virginis, aliorumque Sanctorum prope Moguntiam, anno 1383. à quodam vulneratis, ex quibus sanguis vbertium profluxit, & de funesto istius Iconomachi interitu.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

dio, utramque imaginem secar, & confestim ex ambabus distillat sanguis multus in terram. Vidit id quidam puer, sublataque voce clamat in sacrilegum. Ille audito clamore, exit è templo, sed repente horrendo existente tonitru, fulminis ictu totus in pulveres ad fores Ecclesie redigitur.

*Ex historia violatæ crucis Theodorici Grefemundis, De imaginibus Christi crucifixi & D. virginis, aliorumque sanctorum prope Moguntiam, anno 1383. à quodam vulneratis, ex quibus sanguis uberrimè profusit, & de funesto istius iconomachi interitu.*

## CAP. XXVIII.

**A**NNO salutis nostræ M. CCC. LXXXIII. Astitit in his regionibus homo quidam, cui nomen Schelkropff: de cuius origine & patria neque aliquid adhuc compertum habeo, neque magnoperè attinet rimari. Humili certe genere, & ex infima plebe fuisse ortum fama consentit, sed qui natalium obscuritatem veluti alter Horostratus incensor delubri Ephesie Dianæ, insigni scelere illustravit, immortalis quadam infamia nominatissimus. Hic ingitur cum alioquin natura præditus esset maligno ingenio, factus est etiam vltro tam licentia quam consuetudine peccandi deterior. Neque flagitijs tamen, sed etiam infamia ipsa delectatus, in lustris & tabernis ætatem agebat. Fuit autem appetentissimus ludi: ex quo plectraque vitiorum genera tanquam vermes è

p utri

356 COLLATION. SACRAR.  
putri cadauere vbertim erumpunt. Præcipue  
verò impietatis erga Deum inde nascitur, qua  
duce Schelkropff tantum nefas admittit, quan-  
tum vix omnibus retrò seculis auditum est.  
Cum enim aliquando volens pro consuetu-  
dine sua fortunam ludo experiri: quosdam  
etiam sui similes ad eius rei communionem  
illexisset (nam ferè nunquam in magna ciui-  
tate complices peccaturo defuere) itum est ab  
illis in quoddam diuersorium publicum sine  
tabernâ suburbij Maguntini, Filtzbach appella-  
ti. Nomē verò & signum ipsius tabernæ ille  
erat, dicebaturque vulgò *zu der Blume*.  
Cumq; illic aliquamdiu taxillis lusissent, con-  
tigit fortè vt Schelkropff parum prospera for-  
tuna vsus, pecuniam ferè omnem quam habebat  
perderet, multumque detrimenti (opinio-  
ne sua) acciperet, quod cum per ludi progres-  
sum nedum non emendaret, verum etiam im-  
modicè augeret, coepit tandem (vri solebat)  
grauiter stomachari, & post conuitia collufo-  
ribus dicta, Deum etiam & sanctos bla-  
phemare. Sunt qui referant eum hac ita & impio-  
tate succensum palâ fuisse minitatum, quam-  
cumque crucifixi Iesu imaginem primum ob-  
uiam habuisset, ab ea se præsentis damni per-  
nas & vindictam repetiturum. Quod etsi hu-  
ius hominis impietati plurimum congruebat,  
multumq; credibile est, tamē id pro compet-  
to affirmare nō ausim. Hoc sanè constat, eum  
à so-

à so-  
peruer-  
diui A-  
tum  
posi-  
impie-  
dum a-  
cupisc-  
perue-  
des, at-  
quæ il-  
bat, vt  
vt ne-  
Virgine  
aditan-  
ra in fi-  
terdun-  
ouile  
kropff  
ad vni-  
per tin-  
cruor,  
vulne-  
sim ill-  
sed vi-  
reat. C  
petit  
pende  
fessio  
animi

à fociis nihil placatiore animo digressum,  
peruenisse ad sacellum quoddam inter ædem  
diui Albani: & hanc B. Virginis Ecclesiam si-  
tum, ubi iam olim hæc simulachra fuerant re-  
posita. Plenus erat Schelkropff haud dubiè  
impietatis, & qui scelus abominabile iam du-  
dum animo conceptum, mox effundere con-  
cupisceret, quamprimum ergo ad id sacelli  
peruenit, hanc imaginem crucifixi ea, qua vi-  
des, atrocitate vulneravit. Pro modo enim ire  
quæ illius impetum scelestissimum adiuua-  
bat, unico ictu ceruicem crucifixi dissecuit, ita  
ut ne vllatenus hæreret quidem. Mox diuæ  
Virginis, aliorumque sanctorum signis cruci  
adstantibus cæsim & punctim pleraq; vulne-  
ra infixit. Haud absimilis lupo, qui maiore in-  
terdum cedis libidine, quàm fame percitus in  
ouile indefensum grassatur. Hactenus Schel-  
kropff debacchatus est, quæ verò sequuntur,  
ad vindictam diuinam & miraculum ipsum  
pertinent. Terrificus enim & admirabilis ille  
cruor, quem hic tibi videre licet, subito ex  
vulnibus à crudelissimo illo sicario pas-  
sim illatis effluxit, ceu non lignea simulachra,  
sed viui homines eam iniuriam perpeffi fo-  
reat. Crederes Deum ipsum tanto scelere ap-  
petitum quodammodo indoluisse, tam su-  
pendo miraculo veluti manifesta doloris con-  
fessione, mortales ad vindictam faciendam  
animasse. Schelkropff autem iam expleta im-  
pietate

358 COLLATION. SACRAR.  
pietate sua, siue nutu Dei affixus, siue ipso cru-  
oris miraculo exterritus: inde pedem non  
mouit, donec à superuenientibus in flagran-  
tissime deprehensus, & in urbem Maguntinam  
captiuus deductus, est, non iam lux, sed  
diuinæ iræ memor, anxiusque metu pec-  
corum, quas paulò post dedit, non quidem stig-  
matibus suo respondentes (non enim tantæ impio-  
tati par supplicium excogitari poterat,) sed qui  
homini homines infligere debuerunt: viuis  
enim in cõspectu populi exustus est, non lon-  
gè ab urbe eò in loco, quem Iudæorum hereti-  
cam vulgò appellant, quod Iudæi quondam  
cadauera sua illic humare solebant. Hac morte  
impiissimus ille Schelkropff consumptus est.  
Imagines verò vulneribus & cruore insignes  
ab ædificula illa veteri ad hoc templum summa  
veneratione sacerdotum manibus translatæ  
fuerunt: vbi in hodiernum vsque diem terri-  
ficus ille cruor visitur, & admodum religiose  
colitur, multique mortales variè afflicti susce-  
ptis votis Dei Opt. Max. clementiam experiri,  
& salutem adepti sunt. Exstat de hac ipsa re  
prolixum & elegans carmen eiusdem Theo-  
dori Grefemüdi, quod ne lectori fastidio esse-  
mus, omisimus. In fine verò eiusdem carmi-  
nis, inter alia complura epigrammata, insertum  
est distichon, totius negotij summam, & nu-  
merum anni quo contigit complectens, quod  
hic subiicimus.

*ad ludu lafui Schelkropff ftatuaria foffat,*

*Perffat, tentatur, igne crematus obit.*

Sunt quoq; qui affirmant, peracto facinore, brachium ipsius Schelkropffij diriguiffe, neq; in hodiernum vsque diem gramina iftic loci, vbi facinus admiiffum efl, fucrefcere.

*De muliere ab inennte atate clauda, qua cum in Ecclefia Embricenfis coram imagine Deiparae virginis prouoluta oraret, membrorum integritatem confecuta efl.*

## CAP XIX.

Multò aliam mentem habuit non ante multos annos in ciuitate Embricenfis, foemina quaedam Odilia VVyeri vocata, à prima atate clauda, qua vel diuino nutu, vel fola animi pietate ducta, cum ad Ecclefiam S. Aldegundis, quo poterat modo progressa efferet coram imagine S. virginis Deiparae prouoluta, preces fuas in finum pientiffimæ matris effudit. Nec multò pòft exurgens, lætabunda comperit fe in fperatam debiliùm membrorum fanitatem confecutam. Pulfata mox ob facti miraculum, & populi lætitiàm omnes campanæ. Vidit autem eandem mulierem & claudam & membris integram, ipfumq; campanarum pulfum audiuit probatiffima quædam matrona Anna nuper in Domino defuncta, mihi propinquo cognationis gradu coniuncta, alijsq; in fuper teftes rem fuam fermonibus confirmauerunt. Eadem matrona vidit